Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



276

dico vobis: hunc timete. nonne quinque passeres venunt di pondio et unus ex illis non est in oblivione coram deo? Sed et capilli capitis vri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribus pluris estis. Dico autem vobis omnis quicumque confitebitur me coram hominibus et filius hominis confitebitur illum coram angelis dei. Secundum lucam 6

In illo tpe. Descendens iesus de monte: stetit in loco campestri et turba discipulorum eius multitudo copiosa plebis ab omni judea et jerusalem et maritima tyri et sydonis qui venerant ut audirent eum et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere. quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos dicebat. Bti pauperes: qui vrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Bti qui nunc fletis: quia ridebitis. Bti estis cum vos odierint homines. et cum separaverint vos. et exprobraverint et ejecerint nomen vrum tanquam malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die. et exultate. ecce enim merces vra multa

Zi In illo tpe. Dixit d. i. d. s. Secundum Lucam. Cum turbas plebis et seditiones: nolite timere. Oportet primum hec fieri: sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem et regnum adversus regnum. et erunt motus magni circa per loca et pestilentie et fames: terroresque de celo et signa magna erunt. Sed ante hec omnia imponent vobis manus suas et persequentur tradentes in synagogas et custodias trahentes ad reges et presides propter nomen meum. Contingit